

Pembroke 25 Sermo 84 (fols. 161r–161v)

.lxxxiiij. DE UESPERTINA CELEBRATIONE .

VESPERTINUM officium in diurnę lucis occasus est . Cuius ex  
ueteri testamento solemnus est cęlebratio . Denique hoc  
tempore ueterum sacrificia offerre adolerique alterio aromata  
et tura sicut supra diximus mos erat . Cuius rei testis est ille ymni dicus .  
Regio ac sacerdotali functus officio dicens . Dirigatur oratio mea  
sicut incensum in conspectu tuo . eleuatio manuum mearum sacrifi  
cium uespertinum . In nouo quoque testamento . eo tempore dominus et salua  
tor noster cęnantibus apostolis mysterium sui corporis et sanguinis  
initio tradidit . ut tempus ipsud sacrificii . uesperum osten  
deret seculi . Proinde in honorem ac memoriam tantorum sacra  
mentorum . in his temporibus adesse nos decet dei conspectibus . et persona  
/161v/ -re in eius cultibus orationum nostrarum illi sacrificium offerentes .  
atque in eius laudibus pariter exultantes . uesperum autem nominatur  
a sidere quod uesper uocatur . et decidente sole exoritur . De quo  
propheta dicit . et uesperum super filios hominum producere facit .